

# VRSVS PARTICIPATIV<sup>S</sup>

## DUX XIII.

*Electus Anno 864. obiit Ann. 881.*

### VETVS ELOGIVM.

*Furentes Dalmatas compescui: Saracenosque Italiam vastantes apud  
Tarentum feliciter profligavi.*

XIII



Riumvirali judicio pacata Republica Vrsum Participatium Ducem assumit. Illata ab Saracenis clade segniter usi Narentini toto discurrebant palantes Adriaco, ut in Lacunis quasi natantes pisces jacerent Veneti, gravi Populi ejulatu, cuius querelis accensus Princeps triginta Longarum navium instructa Classe, movet in latrones. Hisolo nomine territi pacem supplices per Legatos exoriant, obtinentque ea lege, ut damna illata ex æquo, & bono rependant. Aucta postea valida triremium apparatu Classe, in Saracenos Vrbi & ipsos ex vicinia incubantes progressus, circa Gradum accessu turba præpropero, solaque tuba fugat, fugientem non procul à Tarento profligat. Rei fæliciter gestæ testis Populus,